concessit· scivit tamen quod et ille quasi ingratus non posset
quod accepisset exsolvere : et ecclesia quasi memor gratiae·
eo plura solveret quo plura meruisset ; habetis ergo quem
sequamini faeneratorem· si vultis laude donari· si vultis
non esse quod repraehendatur a nobis; nos enim non per
sonae obtrectamus sed avaritiae ; nec fefellit dixisse ali
aliquos· cum ante hoc biduum tractatus noster eorũ compunx
isset affectum· quid sibi voluit episcopus adversus feneratO
res tractare· quasi novum aliquid ammissum sit· quasi id
non etiam superiores fecerint· quasi non vetus sit faenerare;
verum est· nec ego abnuo· sed et culpa vetus est; denique
peccatum ab adam· ex illo culpa· ex quo et eva ; ex illo praeva
ricatio· ex quo et humana condicio ; sed ideo xp̄s advenit·
ut inveterata aboleret· nova conderet ; et quae invete
raverat culpa· renovaret gratia ; ideo se passioni obtulit·
ut renovaremur spū· ut absolveret universos ; diabolus
autem evam decepit· ut subplantaret virum· obligaret
eredirtatem ; quid faeneratores faciunt ; decipiant de faene
ratos· obligent fideiussores; sed non tobias pignus quaesivit·
aut fideiussorem poposcit ; currendum est igitur ut fide
iussorem requiras· ut e~~tuis nominibus obstringas; excepa
ratur alter inimicus ; nam cum tu non habueris unde debi
tum solvas· ille pro te tenebitur ; invenieris in eo circumven
tor et fallax· quia amicum deceperis; ille nudabitur· ille pro
te in vincla ducetur· illum graviorem exactorem creditore
patieris· quia legit ; stimula filium tuum quem spopondisti
ita fiet ut ipsi quoque esse incipias ingratus· et praeterea
illud quod scribtum est· gratiã repromissoris ne oblivis
caris ; dedit enim p̄te animã bonã; necesse est dicas ; quis
enim te quaerebat fidem dicere ; nam nisi tu fidem dixisses·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_290/0141